

Atomoscelis Noualhierii Reut.

Diagn.: Oblongus (♂) vel obovatus (♀), flavicanti-albidus vel albido-ochraceus, opacus, superne longe albo-pubescentis; capite, pronoto scutelloque aurantiaco-signatis, etiam corio macula aurantiaca magis minusve distincta paullo supra medium suturae clavi; summo apice scutelli et clavi nigro vel fusco; hemielytris ubique punctis fuscis parcius adpersis; rarius punctis fuscis etiam in basi pronoti et scutelli; membrana cum venis albida, areola majore apice, minore tota, vittula infra apicem areolae minoris apice cum stria exteriori transversali conjuncta vittaque alia arcuata infra apicem communem areolarum versus apicem membranae ducta magis minusve distincta nigricantibus, unde limbo externo membranae maculis duabus subopalino-albidis postice nigricanti-terminatis signato; antennarum articulo primo ad apicem superne atomis duobus fuscis signato; femoribus punctis minutis atomisque nonnullis fuscis vel nigris, tibiis spinulis albis e punctis nigris nascentibus, tarsorum articulo ultimo apice anguste fusco; fronte modice convexa, clypeo a fronte levius discreto, basi distincte supra lineam inter bases antennarum ducendam posita. Long. ♂ $2\frac{1}{3}$ — $2\frac{2}{5}$, ♀ 2 — $2\frac{1}{3}$ mm.

Hab. in *Atriplice* (Noualhier): Algeria (Biskra! copiose), D. Noualhier. (Mus. Paris, et Helsingf.).

Descr.: Ab *A. onusto* Fieb., cui ceteris simillimus, corpore superne laetius aurantiaco-signato, hemielytris maculis flavescenti-fumatis destitutis, sed ubique punctis fuscis adpersis, punctis nigris articuli primi antennarum marginisque superioris femorum multo minoribus, fronte minus convexa basique clypei distincte altius posita, nec non femina retrorsum magis ampliata, ob-ovata distinctus. Caput basi pronoti vix $\frac{1}{4}$ angustius, verticale, ab antico visum latitudini frontis oculique unci longitudine aequale (♀) vel subaequale (♂), a latere visum artitudine basali saltem $\frac{2}{5}$ brevius, clypeo in capite verticaliter posito vel fere nonnihil